Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii Turonensis liber in gloria martyrum - Cod. Aug. perg. 67

Gregor <Tours, Bischof, Heiliger>

[S.l.], [10. Jh.]

De passione et resurrectione ac ascensione domini

urn:nbn:de:bsz:31-7255

Visual Library

uiris aspexit. sed duobus tantum
apparuit : II.

DE MIRACULIS DNI ET SALUATORIS NRI.

Dns igitur nr ihc xpc. in assumpta carne de uirgine multa populis miracula ē dignatus ostendere. Haustos enim latices in uini saporem conuertit. cecorum oculis depulsa nocte lumen infudit. Paraliticorum gressus ablata debilitate direxit. Febres egrotantium fugato ardore restinxit.
Ydropicu͂ compresso tumore sanauit. lepram discedere sacratioris uirtute mandauit. Mulierem demonio inclinatam inuidentibus iudeis erexit. Sup aquas uero non dehiscentibus incessit. Profluuium mulieris tactu fimbriae salutaris auertit. Multa quidē & alia fecit. quae sacra euangeliorum narrat historia. Tamen cum multos salubri celestiq; mandato restaurass& ad uitam tres ab infernali morte reductos uitae restituit. Id est archisynagogi filiam resuscitauit in domo. filium unicu͂ uiduae. surgere iussit ad portę egressu͂. & lazaru͂ uocauit ex monumento III.

DE PASSIONE ET RESURRECTIONE AC ASCENSIONE DNI.

Igitur iudei furore succensi. falsis accusationib; circu͂dantes iustum. tradiderunt morti. & crucis affixione damnauerunt. Quem ds pater suscitauit a mortuis tertia die. solutis doloribus mortis. Quo inpossibile erat. eu͂ apud inferos r&ineri. Sicut ait apostulus petrus. Post haec pmittens paraclytum. & inbuens caelestibus doctrinis apostolos. uictor ascendit ad caelos. uenturumq; ad iudicandu͂. angelis testantibus repromittens. dicente apostolici actus historia. Hic ihc qui receptus ē a uobis. sic ueni& quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. IIII.

DE APOSTOLIS ET BEATA …